

quasi Tutores dicuntur, §. 7. l. de Tut. Ne imbecilla et esilla, quæ est semi-
narium omnium Ordinum, deseratur, & damnum aliquod patiatur.

X.

De pupillo igitur, an sine Tutore aucto-
re juris vinculis adstringatur? etsi inextrica-
bilis Legum pugna proponitur, tamen ne-
gativa opinio nobis verior videtur.

Hanc sententiam tenent post Martin. Glossatorem Cujac. in l. 127.
de V. O. Pac. cent. 4. quæst. 10. Gædd. de contrah. stipul. c. 7. nu. 12. Vult.
discept. scholast. c. 16. Borch. de V. O. c. 3. Treutl. vol. 1. disp. 6. th. 5. lit. B.
Fundamentum primum est in l. 59. ff. de O. & A. l. 13. §. fin. ff. de dol. mal.
l. 41. de condict. indeb. l. naturaliter. 13. in fin. & l. seq. de condict. indeb.
ubi generalis regula traditur, *pupillum sine tutoris aucto-
ritate non obligari, ne quidem naturaliter.*
Huic regulae tam diu standum, donec de Exceptione doceatur. Duplex a.
tantum in jure occurrit Exceptio: *Unanisi locupletior factus,*
nam tum ex hac naturali obligatione in pupillum hominem liberum
actio ex rescripto Divi Pii conceditur, l. 3. §. pupil-
lus. 4. de negot. gest. l. 3. in pr. ff. Commodati. l. 5. de auctor. tut. Treutl.
disp. 20. th. 9. lit. A. *Altera, nisi in re aliena dolo ma-
lo versatus sit.* l. 13. §. fin. de dol. mal. Secundum fundamentum
est, quia in pupillo non est consensus. Wesemb. in parat. hic n. 12. Et si quis
esset, is tamen imperfectus esset, non solum juris auctoritate, quæ ei admini-
stratio bonorum adempta est, ut jus obligandi sese non habeat, per l. princeps
de V. S. l. 3. C. de restit. in integ. Sed etiam naturâ ipsâ, Absurdum itaq; foret,
imperfectæ causæ verum, & perfectum tribuere Effectum, arg. l. quoties. ff.
qui satisd. cog. Tertio hoc addi potest. Quod in Mutuo semper Dominium
transferatur, l. 2. §. 4. h. t. Pupillus autem, sine tutoris auctoritate nihil alie-
nare, nec Dominium rerum suarum transferre potest. §. admonendi. Instit.
quib. alien. liceat, Pupillus ergo sine Tutoris auctoritate nec mutuare poterit.